



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

XV. Markgraf Otto befreiet vier dem heil. Geist-Hospital in Stendal gehörige Hufen Landes von allen Abgaben, am 14. April 1255.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

XV. Markgraf Otto befreiet vier dem heil. Geist-Hospital in Stendal gehörige Hufen Landes von allen Abgaben, am 14. April 1255.

Otto, Dei gracia Brandenburgensis Marchio, Omnibus presentem literam inspecturis Salutem. Cum nos quatuor Mansos ad Hospitale Sancti Spiritus in Stendal pertinentes liberos esse velimus et liberos dimiserimus ab omni exactione, precaria et ab omni exactione immunes esse velimus, Univerfitati nostre damus tenore presentium in mandatis districte prohibendo, ne quis Advocatorum et Pedellorum aut quorumlibet ad hoc deputatorum quicquam ab eis exigere et eos impetere audeat quoquo modo. Datum Stendal, XVIII Kal. Maji, Anno Domini MCCLV.

Wefmann's Beschreibung a. a. D., Sp. 122.

XVI. Papp Alexander IV. bestätigt dem Minoriten-Orden das Recht, Begräbnisse zu gewähren, am 15. Mai 1256.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, Dilectis filiis Generali et provincialibus ministris et aliis fratribus ordinis fratrum Minorum salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, sepulturam ecclesiarum vestrarum liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi excommunicati vel interdicti sint aut etiam publici usurarii, nullus obstet. Salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, in quibus mortuorum corpora assumuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Laterani, Idus Maji, pontificatus nostri anno secundo.

Nach dem Original im archival. Nachlaß des St. Annen-Klosters in Stendal.

XVII. Papp Alexander IV. bewilligt den Minoriten das Recht, widersäßliche und den Orden verlassende Mitglieder mit Gefangenschaft zu strafen, am 28. Dezember 1256.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis Generali et provincialibus ministris ac aliis fratribus ordinis fratrum minorum salutem et apostolicam benedictionem. Prouisionis nostre cupimus prouenire subsidiis, ut religio nostra semper in melius Deo propitiante proficiat et siquid obstare dinoscitur sollicito corrigatur. Vobis itaque, quos in diuini nominis amore uigiles